



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

Cap. I. De Societatibus in genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

mun suæ artis lucrum quærere ad victimum. Scio quidem non posse promoueri; quia infames; neque eis dandam Eucharistiam dum in arte sua cum peccato mortali gesta perferuerant. Alibi vberius.



E X A M E N X I I I .

De Iustitia & iure, circa materiam de contractu
Societatum.

C A P V T P R I M U M .

De Societatibus in genere.

1. *Vid Societas?* Conuentio duorum aut plurium facta ad conferendum aliquid in usum, vel quantum communem.

2. *Quarum ad Societatem requiruntur?* Quator requiri afferro potissimum. Primum, ut singuli socij aliquid conferant. Secundum, ut quod confertur animo ut sit commune, statim in dominium singulorum cedat. Tertium, ut lucrum & damnum commune sit. Quartum, ut fiat diuisio lucri secundum proportionem sortis collatae à singulis.

3. *Quid de conferente suum capitale?* Conferens capitale non amittit dominium eius in Societate. Capitale unius commune efficitur cum aliis sociis. Dominium autem eorum, quæ ex capitali, post contractam Societatem acquiruntur, omnibus sociis est commune.

4. *Quotnam modi Societatem contrahendi?* Multi planè usu compendi. Simpliciter quidem contracta Societas, intelligitur omnium bonorum, quæ titulo oneroso acquisierint, sive locando operas suas, sive emendo, aut vendendo, sive quocunque alio titulo oneroso.

5. *Quidnam de Sociorum obligatione?* Socij quidem tenentur de dolo, culpa lata, & leui, tam in conscientia, quam in foro exteriori. Lewis autem culpa ea est in Societate, qua Socius omittit eam diligentiam, quam suis in rebus adhibuerit. Non tenetur Socius ultra quam poteſt facere: quod etiam habet locum in Societate simul habitantium. *Qui dolo malo causafuit, ut non posset solnere debitum?* Priuilegio non gaudet:

446 *Moralis Theologiae Tract. III. Justitia,*
gaudet: tenetur autem præstare cautionem, quando socius ei
privilegio integrè debitum non soluit. Profectò socius tenet
partem suam contribuere, donec omnes æqualiter po-
tiones suas habeant.

6. *Quot modis soluitur Societas?* Quatuor. Primo, more
naturali cuiusvis ex sociis. Deinde morte ciuiili. Tertio, cel-
fione bonorum facta ab aliquo. Quartò, completo fine, si
quem instituta erat.

7. *Quoniam modo quis potest Societati renunciare?* Condi-
tiones hasce si habuerit. Ut alios de sua renunciatione mo-
neat: ut tempestiuè Societati renunciet: ut non renun-
cum dolo.

8. *Transit ne Societas ad heredes?* Regulariter non transit,
aliuando transit ex pacto.

9. *Potest ne solvi Societas etiam tacito Sociorum consensu, &
per procuratorem?* Ita planè.

C A P V T II.

De Societatibus in specie.

§. I. *Societas negotia-*
tionis. 10. **D**E Societate negotiationis differas precor. Quoniam me-
dis fieri Societas ad lucrum potest? Tribus. Primo, sin-
gulis conferentibus capitale, ex quo expensæ, & opera sol-
uantur. Secundo, apponente præterea uno, vel pluribus ex iis
operam. Tertio, uno vel pluribus ex sociis conferentibus ca-
pitale: altero verò vel aliis operam, & industriam.

11. *Regulas exhibeas, quæ ad Societatum huiusmodi insi-
tiam dignoscendam.* Prima regula: computatis omnibus, quæ
socij conferunt, & habita ratione periculi, damni, industria,
in lucri diuisione accurate proportio seruetur. Secunda, si in
Societate de lucro diuidendo nihil expressum fuit, intelli-
genda diuisio est in partes æquales proportione scilicet ha-
bita Geometrica, iuxta proportionem partis apposita capi-
talis. Tertia, eadem seruanda est proportio quo ad damni
diuisionem, etiam si id pacto expressum non fuisset.

12. *Contrahi ne licite potest Societas contracta quidem cui
parte lucri, & damni in æqualiter?* Potest quidem; quia ad
utrumque socium damnum & lucrum spectat. Ea verò qua
damna ad unum tantum socium spectare videntur, iniusta
omnino censenda est. *Cum unus capitale, & alter operas ap-
ponit?* Lucrum diuidendum est non capitale, quod de iure, &
de